Lichenologische Beiträge

von

Dr. **J. Müller.**

XXXII.

1494. **Leptogium trichophorum** Müll. Arg.; formam minorem fusconigricantem referens *Leptogii Menziesii* Montgn.; thallus subtus dense lanato-hirtus, demum nudatus; apothecia quam in comparata specie minora, tantum 1 - 1½ mm lata, sessilia, dein leviter podicellata, obtuse prominenter marginata, extus dense albido-hirta, demum glabrescentia; discus rufus; sporae 8-nae, circ. 35 μ longae et 14 μ latae, rhomboideo-ovoideae, 6—8-loculares, loculi intermedii longitrorsum semel divisi. — *Leptogium Menziesii* Hue Lich. Yunnan. ser. 2 n. 1 (non Montgn.). — Primo intuitu facile pro *Stictina tomentosa* Nyl. habendum est, quacum magnitudine et indumento apotheciorum et vestimento copioso paginae inferioris convenit, sed gonidia plus minusve oblongata in catenas moniliformes conjuncta sunt. — Truncicola prope Rhamo apud Birmanos Indiae orientalis: L. Fea (Dr. Levier n. 92) et in montanis insulae Javae (ex hb. Hamp.).

— — f. **fuliginosa,** supra minute furfuraceo-fuliginosa. — Prope Rhamo cum forma normali speciei: L. Fea (Lev. n. 93).

1495. **Stereocaulon ramulosum** Ach. var. **microcarpoides** Müll. Arg.; 4—7 cm altum, inferne validum, caeterum tenuiter ramosum et ramuligerum sed ramillis papillaeformibus fere destitutum (ut in *β macrocarpo* Nyl.); rami primarii inferne compressi; apothecia parva, ⅔—1 mm lata; sporae cum specie conveniunt. — Fere *St. macrocarpoides* Nyl. simulans, sed microcarpum est et gominia offert omnino *St. ramulosi* Ach. — Ex itinere in ins. Fidji, Novam Zelandiam et Queensland, loco speciali ignoto: Walker.

1496. **Heteromyces** Müll. Arg., gen. nov.; thallus foliaceus, squamoso-laciniiformis, supra corticatus, subtus araneoso-medullaris, cyphellis et rhizinis destitutus; gonidia globosa, viridia, membrana distincta praedita; apothecia in pagina superiore sparsa, gymnocarpica, turbinato-biatorina, margine proprio cincta; sporae hyalinae, transversim divisae. — Spermogonia et superficialia et in ultimo margine aut in acie sita, emersa, conico-ovoidea, apice depressa; spermatia tenuissima et longa, arcuata. — Genus affine *Knightiellae*, a qua gonidiis differt; est quasi *Baeomyces* thallo foliaceo et sporis transversim divisis. Species nota unica brasiliensis sequens.

1497. **Heteromyces rubescens** Müll. Arg.; thalli squamae 2—4 mm longae, subadscendentes, subindivisae aut bilobae et bifidae, obtuse crenatae, circ. 2 mm latae, plano-convexae, firmae, e viridi olivacco-rubentes, laeves et nudae, subtus albae et minutissime araneoso-tomentellae; gonidia diametro 10—14 μ aequantia, intense viridia; apothecia sparsa et submarginalia, novella elato-turbinata, subduplo altiora quam lata, basin versus sensim attenuata, extus cupreo-fuscescentia, apice urceolata, evoluta demum obconico-biatorina, truncato-plana, margine integro pallidiore et vix prominente cincta; discus nigro-fuscus, nudus; sporae in ascis angustis 8-nae, 33—37 μ longae et 2½—3½ μ latae, bacidiales, subcurvulae, 4-loculares. — Fere thallum eximie juvenilem simulat *Stictae auratae* Ach., sed glabra est. — Ad parietes saxorum prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 38.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0511-6

1493. **Sticta leucophylla** Müll. Arg.; thallus supra albido-glaucus, subtus albus v. albidus, quam in facie superiore saltem albidior, irregulariter subreticulatim scrobiculato-inaequalis, subtus parce rhizinis brevibus fuscidulis penicillatis munitus, pro majore parte nudus et undique cyphellis et pseudo-cyphellis destitutus, quoad formam laciniarum *Sticlam sulphuream* Schaer. referens, sed non late impresso-punctatus; gonidia viridia, globosa; apothecia ignota; spermogonia haud prominentia. — In margine laciniarum raro occurrunt lobuli perexigui. — Juxta *S. prolificantem* et *S. subvariabilem* et *S. astictam* Nyl. inserenda est. — Prope summitatem montis Owen Stanley-Range in Nova Guinea: Sir W. Mac Gregor (n. 6 pr. p.), ubi praeter alios etiam occurrunt: *Ricasolia Schaereri* Nyl., *Stictina filicina* Nyl., *Usnea articulata* Hoffm. et *Dichonema sericeum* Montgn.

1499. **Physcia ciliaris** DC. v. **albida** Müll. Arg.; ramificatio laciniarum ut in *Ph. ciliari*, color autem ut in *Ph. leucomelas* Michx., laciniae supra convexae, breviter tomentellae; ciliae simplices, validae, apicem versus nigricantes, albido-tomentellae. — Ad corticem Quercuum prope Palermo: Lojacono-Pojero (n. 27).

1500. **Parmelia Uleana** Müll. Arg.; thallus glaucus, laevigatus, obsolete nitidulus, centro late subcrustaceus et copiose microcarpus, versus peripheriam radiato-laciniosus; laciniae latiusculae, subplanae, imbricatim contiguae, fere integrae et crenatae, adpressae, subtus margine brunneae, caeterum ibidem pallidae et pallide et breviter rhizinosae; apothecia 1—2 mm tantum lata, sessilia; margo incurvus, tenuis, integer v. subinteger, undique laevis; discus pallide rubescenti-fuscus et nudus; sporae in ascis uni- v. subbiseriatim 8-nae, tantum 6—8 μ longae, globosae et globoso-ovoideae. — Juxta *P. physcioidem* Nyl. locanda est haec pulchre distincta species. — Truncicola in Morro da Nova Cintra prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 10.

1501. **Anzia Gregoriana** Müll. Arg.; thalli laciniae 4—6 cm longae, $^2/_3$—$1^1/_2$ mm latae, dichotome ramosae, longitrorsum hypothallo excedente quasi nigro-marginatae, supra leviter convexae, haud opuntioideo-constrictae, fere aequilatae et ad margines integrae et laeves, osseo-albidae et nitidulae, subtus strato hypothallino percrasso firmo et atro aut nonnihil rubricoso-nigro vestitae; strati filamenta densissime divaricatim et intricatim connexa, circ. 8 μ lata, pachydermea; gonidia thalli viridia, globosa; apothecia evoluta 6—8 mm lata, crenata, subtus alba et granuloso-aspera, novella poculiformia; discus badius; lamina superne fulvofusca, caeterum hyalina; sporae in ascis valde numerosae et spiraliter dispositae, 15—18 μ longae, $1^1/_2$—2 μ latae, arcuatae, altero latere acutiores. — A. proxima *Anzia taeniata* (Nyl.) Stitzenb. in Flora 1862 p. 243 recedit colore, laciniis margine laevibus et validioribus et sporis brevioribus. Est pulchra species, reliquis hujus generis vegetior. — In montibus Masgrave Range in Nova Guinea, ubi leg. ill. Gubernator Sir Mac Gregor (n. 1) et quam benevole communicavit Baron Ferd. v. Müller.

1502. **Anzia hypoleuca** Müll. Arg.; planta supra fere perfecte *A. taeniatam* (Nyl.) Stitzenb. simulans, sed laciniae in margine laeves, magis albidae, et tomentum hypothallinum album v. demum albido- v. pallido-fuscescens; apothecia tantum 2—3 mm lata, subtus laevia; sporae tantum 6—10 μ longae (bene evolutae), modice incurvae v. subinde sigmoideae, 4-plo longiores quam latae. — Habitum *A. taeniatae* et sporas *Anziae*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0512-2

japonicae, sc. *Parmeliae japonicae* Tuck. Obs. 1862, p. 399 (ubi thalli laciniae opuntioideae et habitus dein omnino alius) offert, et ab omnibus hujus generis, praeter *Anziam leucobatem*, sc. *Parmeliam leucobatem* Nyl. Prodr. Lich. Nov. Granat. p. 539 (ubi sporae aliae), jam strato hypothallino albo aut pallido differt. — In montibus Masgrave Range Novae Guineae: Gobern. Sir Mac Gregor n. 2.

1503. **Anzia angustata** Müll. Arg.; hic enim pertinet *Parmelia angustata* Pers., s. *P. moniliformis* Bab., etiamsi sporae in ascis 8-nae, nec valde numerosae et alius formae, stratum enim hypothallinum inter Lichenes phyllobasticos eximie characteristicum omnino cum *Anzia* convenit. Genus *Anzia* sic ampliatum in stratum hypothallinum, non autem in numerum et formam sporarum constituendum est et strati filamentis intricatissime connexo-ramosis densissimis recognoscendum est. Reliqua cum genere *Parmelia* conveniunt. — Species notae dein sequente modo ordinandae sunt:

Sect. 1. **Pannoparmelia** Müll. Arg.; asci 8-spori; sporae subglobosae
Anzia angustata (Pers.) Müll. Arg. — Australia, Van Diemensland.

Sect. 2. **Euanzia** Müll. Arg.; asci polyspori; sporae angustae, vulgo. lunatim curvatae.

a. Thalli laciniae opuntioideo-constrictae.
Anzia japonica (Tuck.) Müll. Arg. — Japon.

b. Thalli laciniae lineares, subaequilatae.

* Stratum hypothallinum atrum v. fusco-atrum.
Anzia colpodes (Mich.) Stitzenb. — America sept., Sibiria.
Anzia Gregoriana Müll. Arg. supra. — Nova Guinea.
Anzia semiteres (Montg.) Stitzenb. in Flora 1862, p. 243. — Java.
Anzia taeniata Stitzenb. l. c. — Nova Granata, Caracas.

** Stratum hypothallinum album v. pallidum.
Anzia leucobates (Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 539, sub *Parmelia*) Müll. Arg. — Nova Granata.
Anzia hypoleuca Müll. Arg. supra. — Nova Guinea.
Anzia glandulifera Stitzenb. l. c., s. *Parmelia glandulifera* Fée eadem est ac *A. taeniata* Stitzb., et *Parmelia Royi* Stirt. Add. Lich. Queensland p. 12, est *Anzia colpodes* Stitzb.

1504. **Parmeliella Lojaconi** Müll. Arg.; thallus cervino-fuscus, ambitu majuscule squamulosus, medio subcrustaceo-confluens, squamulae crenatae, subgranulosae et superficie saepe in pulvinulos exiguos irregulariter gibbosoglobulares et vertice cinereos v. caesio-cinerascentes abeuntes; apothecia biatorina, arcte sessilia, semper plana; margo prominens, primum nonnihil thallino-velatus, cito rufescenti-fuscus, demum nigricans et semper integer; discus fusco-nigricans, nudus; epithecium fulvo-fuscum, lamina caeterum hyalina; sporae in ascis 8-nae, 18—20 μ longae, 8—9 μ latae, oblongato-ovoideae, laeves. — Thallus ut in *Pannaria craspedia* Körb., sed apothecia omnino alia, fere conformia iis *Parmeliellae microphyllae*, sc. *Pannariae microphyllae* Mass. Ric. p. 112, at minus adpressa. Gonidia aeruginoso-olivacea, quoad structuram ut in *Stictinis*. — Corticola prope Palermitanum Siciliae (comm. cl. C. Lojacono-Pojero, n. 7).

1505. **Lecidea** (s. **Biatora**) **pallens** Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, subtenuis, subinaequalis at laevis, margine latiuscule albo-byssinus; apothecia $^3/_4 - 1^1/_5$ mm lata, sessilia, novella paullo gyalectoideo-concava et crasse marginata, demum plana, e carneo demum albo-carnea v. sub-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0513-8

lutescenti-carnea, margine tenui vix prominente subinde nonnihil rubente cincta; lamina hyalina, hypothecium flavescenti-hyalinum; sporae 8-nae, ellipsoideae, circ. 9 - 11 μ longae, 5 – 6 μ latae. — Proxime affinis est *L. leptolomati* Müll. Arg. L. B. n. 347, sed differt thallo firmo, superficie laevi, disco apotheciorum pallidiore et sporis minoribus. — Ramicola in sylvis prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 14.

1506. **Biatorinopsis torulosa** Müll. Arg. Lich. Parag. n. 142, in Paraguay ad Guarapi lecta, quam nunc etiam pulchrius in Australiae orientalis regione Toowoomba a cl. Hartmann lectam habeo, gonidiis toruliformibus magnis insignita, re vera ad *Coenogonium* pertinet et eadem est ac **Coenogonium moniliforme** Tuck. ap. Nyl. Coenogonium p. 92. Articuli filamentorum hyphis copiosis firmis sed parvis cincti sunt, in specim. paraguayensi autem nudos vidi, sed iterum examinatos et nudos et subnudos et hinc inde copiose hyphis circumductos observavi, unde hi articuli characterem *Coenogonii* referunt. — Planta evidenter latissime distributa est, sed raro apothecia profert. Sterilem saepe vidi thallum crustaceum aliorum Lichenum velamine quasi velutino brevissimo saepe vix sub lente recognoscendo obtegentem. Nexum caeterum inter filamenta moniliformia et apothecium eximie juvenile optime vidi. Filamenta sunt tenuiora et multo breviora, stratum densius pannosum formantia quam in affini australiensi *C. rigidulo* Müll. Arg. L. B. n. 517.

1507. **Mycoporellum ellipticum** Müll. Arg.; thalli elementa cum cellulis substrati in maculam albam confusa; apothecia innato-sessilia, ex orbiculari mox elliptica, $^1/_8$ mm longa, evoluta 2-plo longiora quam lata, utrinque obtusa et inter se et cum fibris ligni parallela, supra planoconvexa, modice 3—4-gibbosa, atra, nuda, opaca, intus 3—4-centrica, sed thalamia inferne in unum commune confluentia; peridium fuscum, lamina caeterum usque ad basin hyalina; asci in sectione verticali pro modo variorum thalamiorum partim haud paralleli, ovoidei, superne obtuse angustati ibidemque pachydermei; sporae circ. 18 μ longae et 6 μ latae, late cylindricae, utrinque obtusae, hyalinae, 2-loculares. — Prima fronte *Xylographam parallelam* exiguam abbreviatam quasi refert, sed structuram offert *Mycopori*, sporis tantum transversim divisis. — Lignicola in insula S. Jan Indiae occidentalis (comm. Dr. Levier sub n. 113).

Lichenes argentinienses

a cl. Dr. **Lorentz** in Argentinia australi s. patagonica et prope Conceptionem lecti, additis nonnullis in Paraguay prope Assumpcion ab eodem lectis, quos exponit Dr. **J. Müller.**

1. **Synechoblastus texanus** Müll. Arg. Lich. Parag. ad nº 6; ad terram secus Rio Colorado Argentiniae australis.

2. **Psorotichia argentinica** Müll. Arg. L. B. n. 1473; ad terram secus Rio Negro Argentiniae australis.

3. **Cladonia coccifera** v. **pleurota** Schaer. Spicil. p. 25; Serra Ventana.

4. **Cladonia pyxidata** f. **macra**; *Capitularia pyxidata* f. *macra* Flk. in Web. et Mohr Beitr. 2. p. 290; ibidem.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0514-4

lutescenti-carnea, margine tenui vix prominente subinde nonnihil rubente cincta; lamina hyalina, hypothecium flavescenti-hyalinum; sporae 8-nae, ellipsoideae, circ. 9 - 11 μ longae, 5 – 6 μ latae. — Proxime affinis est *L. leptolomati* Müll. Arg. L. B. n. 347, sed differt thallo firmo, superficie laevi, disco apotheciorum pallidiore et sporis minoribus. — Ramicola in sylvis prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 14.

1506. **Biatorinopsis torulosa** Müll. Arg. Lich. Parag. n. 142, in Paraguay ad Guarapi lecta, quam nunc etiam pulchrius in Australiae orientalis regione Toowoomba a cl. Hartmann lectam habeo, gonidiis toruliformibus magnis insignita, re vera ad *Coenogonium* pertinet et eadem est ac **Coenogonium moniliforme** Tuck. ap. Nyl. Coenogonium p. 92. Articuli filamentorum hyphis copiosis firmis sed parvis cincti sunt, in specim. paraguayensi autem nudos vidi, sed iterum examinatos et nudos et subnudos et hinc inde copiose hyphis circumductos observavi, unde hi articuli characterem *Coenogonii* referunt. — Planta evidenter latissime distributa est, sed raro apothecia profert. Sterilem saepe vidi thallum crustaceum aliorum Lichenum velamine quasi velutino brevissimo saepe vix sub lente recognoscendo obtegentem. Nexum caeterum inter filamenta moniliformia et apothecium eximie juvenile optime vidi. Filamenta sunt tenuiora et multo breviora, stratum densius pannosum formantia quam in affini australiensi *C. rigidulo* Müll. Arg. L. B. n. 517.

1507. **Mycoporellum ellipticum** Müll. Arg.; thalli elementa cum cellulis substrati in maculam albam confusa; apothecia innato-sessilia, ex orbiculari mox elliptica, $^1/_8$ mm longa, evoluta 2-plo longiora quam lata, utrinque obtusa et inter se et cum fibris ligni parallela, supra planoconvexa, modice 3—4-gibbosa, atra, nuda, opaca, intus 3—4-centrica, sed thalamia inferne in unum commune confluentia; peridium fuscum, lamina caeterum usque ad basin hyalina; asci in sectione verticali pro modo variorum thalamiorum partim haud paralleli, ovoidei, superne obtuse angustati ibidemque pachydermei; sporae circ. 18 μ longae et 6 μ latae, late cylindricae, utrinque obtusae, hyalinae, 2-loculares. — Prima fronte *Xylographam parallelam* exiguam abbreviatam quasi refert, sed structuram offert *Mycopori*, sporis tantum transversim divisis. — Lignicola in insula S. Jan Indiae occidentalis (comm. Dr. Levier sub n. 113).

Lichenes argentinienses

a cl. Dr. **Lorentz** in Argentinia australi s. patagonica et prope Conceptionem lecti, additis nonnullis in Paraguay prope Assumpcion ab eodem lectis, quos exponit Dr. **J. Müller.**

1. **Synechoblastus texanus** Müll. Arg. Lich. Parag. ad nº 6; ad terram secus Rio Colorado Argentiniae australis.

2. **Psorotichia argentinica** Müll. Arg. L. B. n. 1473; ad terram secus Rio Negro Argentiniae australis.

3. **Cladonia coccifera** v. **pleurota** Schaer. Spicil. p. 25; Serra Ventana.

4. **Cladonia pyxidata** f. **macra**; *Capitularia pyxidata* f. *macra* Flk. in Web. et Mohr Beitr. 2. p. 290; ibidem.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0514-4

— — v. **chlorophaea** Flk. Clad. p. 70; ibidem.

5. **Clathrina aggregata** (Eschw.) Müll. Arg. L. B. n. 589; prope Carmen de Patagones.

6. **Usnea barbata** v. **densirostra** Müll. Arg. L. B. n. 234; Puntas de Pigue, et ad saxa ad pedem Serra Ventana.

— — v. **amblyoclada** Müll. Arg.; thallus et ramificatio et color virescenti-flavicans ut in var. praecedente, sed tota humilior, ramilli minus copiosi v. evanescentes et rami ramulique soredioso-pulverulenti, quasi pulveraceo-incrassati et obtusi facti, saepius varie incurvi. — Saxicola ad basin montium Serra Ventana.

— — v. **fastuosa** Müll. Arg.; rami primarii validi, elati, varie ramosi varieque papillosi v. sublaeves, ramillis rigide flaccidis, varie patulis et curvatis, apice nigratis et concoloribus numerosis praediti; tota flavida, rigidula. — Differt ab *U. barbata* v. *densirostra* et var. *Hieronymi* ramillis minus copiosis, haud strictis, haud arrectis. — Punta de Pigue.

— — v. **subcorunta** Müll. Arg.; omnia ut in v. *fastuosa*, sed rami primarii vulgo ramillis destituti v. paucis tantum praediti, superne cum ramis simplicibus aut dichotomis longe nudi et rigido-flagellares, vulgo steriles; tota planta crebre verrucoso-aspera; ramilli, ubi adsunt, cum iis var. *fastuosae* conveniunt, concolores, flaccidi. — Cum var. praecedente.

7. **Usnea trichodea** Ach. Meth. p. 312; ad Puntas (steril.)

8. **Ramalina lanceolata** Nyl. Recogn. Ram. p. 47; ad Carmen de Patagones.

9. **Umbilicaria haplocarpa** Nyl. Addit. ad Lichenogr. Andium Boliv. p. 376; prope Carmen de Patagones.

10. **Parmelia cetrata** Ach. Syn. p. 198; supra caules vetustos *Usneae barbatae* v. *fastuosae.*

11. **Parmelia Uruguensis** Krplh. Lich. Argent. n. 29; ad Carmen de Patagones.

12. **Parmelia Balansae** f. **sorediata** Müll. Arg. Lich. Montevid. n. 15; cum praecedente.

13. **Parmelia conspersa** Ach. Meth. p. 205; cum duabus praecedentibus et prope Concepcion.

14. **Parmelia adplanata** Müll. Arg. L. B. n. 935; ad Concepcion. (ster.)

15. **Parmelia adpressa** Krplh. Lich. Glaz. p. 15; secus Rio Negro et Rio Colorado (ster.)

16. **Parmelia sorediantha** Müll. Arg.; fere omnia ut in *P. Mougeotii* Schaer. Enum. p. 46 (Exs. n. 548), sed tenuior, magis virens, lacinulae convexulae, angustiores, subtus albidae, caeterum rhizinis nigris brevissimis praeditae. Thallus suborbicularis, arcte adpressus, centro latissime areolato-subgranosus et sorediis copiosis circ. ½ mm latis orbicularibus et albido-sulphureis ornatus, ibidem obscurior, subcinereus, in peripheria breviter radians; laciniae subcontiguae, sat opacae, substramineo-albidae; apothecia ignota. — Ad saxa quartzosa prope Concepcion.

17. **Amphiloma murorum** v. **lobulatum** Körb. Par. p. 48; ad Rio Colorado et prope Concepcion Argentiniae et dein in Cerro Lambare in Paraguay.

18. **Candelaria vitellina** Mass. Mem. p. 46; ad Rio Negro et Rio Colorado. — Hinc inde, ut in *Candelaria subsimili* (*Caloplaca subsimili*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0515-9

Th. M. Fries, Scand. p. 189), circa apothecia occurrit thallus brevissime at distincte effigurato-lobulatus.

19. **Placodium saxicolum** Körb. Syst. p. 115; ad Concepcion.

— — v. **versicolor** Körb. Par. p. 54; ad Rio Colorado.

20. **Placodium crassum** v. *Dufourii* (Schaer.) Müll. Arg.; ad Rio Colorado.

21. **Placodium citrinum** Müll. Arg. L. B. n. 1414; *Urceolaria citrina* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847, p. 158; *Lecanora xanthophana* Nyl. Boliv. p. 379; ad Rio Negro et Rio Colorado.

22. **Placodium** (s. **Acarospora**) **Lorentzii** Müll. Arg.; thallus fuscescenti-cupreus, centro late diffracto-areolatus, margine breviter radians; laciniae obtusae, adplanatae v. leviter convexae, concolores, arcte adnatae, supra nitidulae; apothecia tantum 1/3 mm lata (facile praetervidenda), innata, discus planus, carneo-fuscus et nudus, margine leviter prominente et tenui cinctus, superficiem thalli attingens; lamina hyalina; asci subangusti, valde polyspori; sporae circ. 4—5 μ longae et duplo longiores quam latae, oblongato-ellipsoideae, subinde incurvae. — Species valde insignis, thallo ad *Placodium bicolor* Tuck. et *Pl. antarcticum* Müll. Arg. accedit, at sectioni *Acarosporae* adscribenda est. Thallus cephalodiis destitutus est. — Saxicola ad Concepcion.

23. **Placodium** (s. **Acarospora**) **subglebosum** Müll. Arg.; thallus varie discreto-glebosus; glebulae circ. 3/4 mm latae, alte convexae, margine vix adpressae, olivaceo-virentes v. olivaceo-fuscidulae, ambitu obtuse sub-angulosae, monocarpicae; discus apotheciorum immersorum thalli superficiem attingens, planus, rufo-fuscus, nudus, margine tenui integro obsolete emergente cinctus; asci valde polyspori; sporae 5—6 μ longae, globoso-ellipsoideae. — Extus *Placodium glebosum*, sc. *Acarosporam glebosam* Körb. bene simulat, sed sporae numero et minutie aliae. — Saxicola ad Rio Negro et R. Colorado.

24. **Placodium** (s. **Acarospora**) **strigatum** Müll. Arg.; *Lecanora strigata* Nyl. Chil. p. 155. — Saxicolum ad Rio Negro.

25. **Psora icterica** (Montg.) Müll. Arg. L. B. n. 1298; Serra Ventana, et secus Rio Colorado, ad terram.

26. **Psora decipiens** Hoffm. Lich. t. 43; Mass. Ric.; ad terram sabulosam secus Rio Negro et Rio Colorado.

27. **Thalloidima coeruleo-nigricans** (Lightf.) Poetsch Aufzählung p. 212; cum duabus praecedentibus.

28. **Catolechia tabacina** Müll. Arg.; thallus minute squamulosus, tabacino-fuscus v. nonnihil pallescens; squamulae confertae et subdiscretae, turgidulae, crenatae et saepe integrae, suborbiculares; apothecia sessilia, 1/2—2/3 mm lata, juniora plana et margine tenui integro concolore nigro cincta, demum hemisphaerico-convexa et immarginata; epithecium et hypothecium nigro-fusca; asci 8-spori; sporae biseriales, 2-loculares, fuscae, ellipsoideae, medio non v. vix constrictae. — Species elegantula, prima fronte formam tenellam deminutam *Pšorae globiferae* Körb., squamulis adpressis, simulat. — Terricola secus Rio Colorado.

29. **Callopisma aurantiacum** v. **holocarpum** Körb. Syst. p. 130 (thalli vestigia flava). — Secus Rio Negro.

30. **Callopisma camptidium** (Tuck.) Müll. Arg. Lich. Parag. n. 81 Cerro Lambari in Paraguay.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0516-5

31. **Lecanora Hoffmanni**; *L. calcarea* v. *Hoffmanni* Nyl. Scand. p. 154; secus Rio Colorado.

32. **Lecanora calcarea** v. **pruinosa** Müll. Arg. Lich. Montevid. n. 34; Concepcion.

— — v. **caesio-cinerea**, s. *L. caesiocinerea* Nyl. in Flora 1872, p. 364; prope Concepcion.

33. **Lecania erysibe** Müll. Arg. Enum. Lich. aegypt. p. 15; ad Rio Negro.

34. **Rinodina argentiniana** Müll. Arg.; thallus cinereo-fuscus, dense areolato-diffractus, margine zonula nigra cinctus; areolae angulosae, contiguae, planae; apothecia immersa, $^3/_4$—$^4/_5$ mm lata, subangulosa; discus nigro-fuscus, planus, opacus et nudus, superficiem thalli attingens, saepe margine subelevato areolarum spurie marginatus v. hinc inde margine tenello thallino distincto cinctus; epithecium fuscum, lamina caeterum hyalina; sporae 8-nae, ellipsoideae, 25—28 μ longae et 13—15 μ latae, intus rinodinales. — Extus bene refert *R. lecanorinam* Mass., sed sporae multo majores sunt et thallus est magis fuscescens. — Ad saxa quartzosa prope Concepcion.

35. **Rinodina subsquamosa** Müll. Arg.; thallus madefactus intense viridis, siccus leviter fuscescenti-cinereus, squamuloso-areolatus; areolae discretae et subcontiguae, planae; apothecia ^{3}—$^4/_{10}$ mm lata, subinnato-sessilia, plana; discus nigro-fuscus et nudus, planus, margine subcinereo parum prominente et subintegro cinctus; epithecium fulvo-fuscescens, reliqua laminae hyalina; sporae in ascis 8-nae, 20—22 μ longae et 12—14 μ latae, ellipsoideae, rectae et curvulae, intus rinodinaceae. — Prima fronte omnino *R. confragosam* Kbr. refert, sed apothecia non superficiali-sessilia, minus crassa et sporae dein majores. — Saxicola ad Rio Colorado.

36. **Rinodina confragosula** (Nyl.) Müll. Arg. Lich. Nouméa p. 3; prope Concepcion.

37. **Rinodina conspersa** Müll. Arg.; thallus argillaceo-cinereus, crebre depresso-granularis v. subgranuloso-areolatus, areolae contiguae, angulosae, irregulariter gibboso-convexae; apothecia copiose conspersa, innato-sessilia, $^1/_8$—$^1/_2$ mm lata; discus subconcavus, obscure fuscus v. fusco-nigricans, nudus, margine tenui et integro fusco-cinereo cinctus; epithecium fulvo-fuscescens, reliqua laminae hyalina; sporae in ascis 4—8-nae, late ellipsoideae, 20—23 μ longae et 11—12 μ latae, intus rinodinaceae. — Accedit ad *R. minutulam* Müll. Arg. L. B. n. 121, sed thallus magis gibboso-areolatus, junior non continuus et sporae majores. — Saxicola in Cerro Lambaré prope Assuncion in Paraguay.

— — β **buelliacea** Müll. Arg.; apothecia nigra, discus et hinc inde margo madefacti tamen nigro-aut rufo-fuscescentes. — Sporae et omnia reliqua extus intusque optime conveniunt, etiamsi prima fronte *Buelliam* exhibeant. — Cum planta normali in Cerro Lambaré.

38. **Rinodina Bischoffii** Mass. Framm. p. 26; calcicola ad Rio Negro.

39. **Pertusaria paraguayensis** Müll. Arg. L. B. n. 1483; corticola prope Assuncion in Paraguay.

40. **Lecidea tessellina** Tuck. Obs. 4. p. 181; ad Concepcion. — Hic etiam pertinet illa, quam in Lich. Sebastianop. p. 363 sub *L. subspilota* enumeravi. — Colore thalli nonnihil in flavum vergente et areolis plus minusve planis et laevibus aut scabridulis ludit. — Ad Concepcion.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0517-1

41. **Lecidea gyrostomoides** Müll. Arg. L. B. n. 247; ramulicola prope Assuncion.

42. **Lecidea** (s. **Sarcogyne**) **pruinosa** Nyl. Lich. Algér. p. 332; ad Rio Negro.

43. **Patellaria leucoblephara** Müll. Arg. L. B. n. 277; ad Assuncion.

44. **Buellia cretacea** Müll. Arg.; thallus cretaceo-aut glauco-albus, tartareus, crassiusculus, superficie rimuloso-areolatus v. subcontinuus; apothecia $^2/_3$—$1^1/_3$ mm lata, arcte sessilia, haud immersa, tenuiuscula, semper plana et tenuiter marginata; discus niger et nudus; margo cum disco concolor, primum obsolete thallino-vestitus, mox nudatus; epithecium fuscum; hypothecium e fumoso-obscurato demum fuscum; sporae in ascis 8-nae, ellipsoideae, 2-loculares, 14—19 μ longae et 7—9 μ latae. — E grege est *B. maritimae* Bagl. et proxime ad *B. subalbulam* (Nyl.) Müll. Arg. accedit, at apotheciis majoribus, semper planis et marginatis et dein sporis majoribus differt. Apothecia non impresso-sessilia. — Ad Rio Negro et R. Colorado.

45. **Buellia fuscella** Müll. Arg. L. B. n. 1438; ad Concepcion.

46. **Buellia spuria** Körb. Par. p. 183; ad Concepcion.

47. **Graphina sophistica** (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 148; ad Assuncion.

48. **Endopyrenium hepaticum** Körb. Par. p. 302; secus Rio Colorado.

49. **Porina podocycla** Müll. Arg. Lich. Parag. n. 222; ad Assuncion.

50. **Pyrenula pinguis** Fée Ess. p. 75 (*Verrucaria punctella* Nyl.); ad Assuncion.

51. **Verrucaria brasiliensis** v. **sublaevata** Müll. Arg. L. B. n. 1466; in Cerro Lambaré.

52. **Limboria sphinctrina** Duf. ap. El. Fries Lich. Eur. p. 456; calcicola ad Rio Negro.

Litteratur.

Mez, Carl, Lauraceae Americanae. (Sonderabdruck aus: Jahrbuch des Königl. Bot. Gartens u. Museums zu Berlin, Band V. 556 p.). Mit 3 Tafeln. Berlin, 1889. Gebr. Borntträger (Ed. Eggers).

Die vorliegende Monographie zerfällt in 2 Theile, einen rein systematischen, in welchem Verf. eine Eintheilung und genaue Beschreibung der bisher gesammelten amerikanischen Arten liefert, und einen allgemeinen Theil, der besonders die Morphologie der Familie zum Gegenstand hat. Da diese Familie seit dem Jahre 1866 nur, soweit sie der östlichen Halbkugel angehört, eine genauere Bearbeitung erfahren hat, und schon Meissner selbst, der Monograph der brasilianischen Lauraceen, auf die Schwierigkeit der Abgrenzung der Gattungen hingewiesen hat, so war eine genaue Sichtung des inzwischen durch die neuen aus Amerika stammenden Sammlungen bedeutend gewachsenen Materials ein dringendes Bedürfniss geworden, was anderseits auch aus der grossen Zahl der neuen Arten hervorgeht. Niemand wird daher den Werth dieser Arbeit unterschätzen.

Dem Bedürfniss entsprechend lag der Hauptzweck des Verf. in der systematischen Gliederung des umfangreichen Materials. Daher ist dieser, der erste Theil, bedeutend länger (496 Seiten), geworden, als der morphologische, der nur 37 Seiten ausmacht.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0518-7

41. **Lecidea gyrostomoides** Müll. Arg. L. B. n. 247; ramulicola prope Assuncion.

42. **Lecidea** (s. **Sarcogyne**) **pruinosa** Nyl. Lich. Algér. p. 332; ad Rio Negro.

43. **Patellaria leucoblephara** Müll. Arg. L. B. n. 277; ad Assuncion.

44. **Buellia cretacea** Müll. Arg.; thallus cretaceo-aut glauco-albus, tartareus, crassiusculus, superficie rimuloso-areolatus v. subcontinuus; apothecia $^2/_3$—$1^1/_3$ mm lata, arcte sessilia, haud immersa, tenuiuscula, semper plana et tenuiter marginata; discus niger et nudus; margo cum disco concolor, primum obsolete thallino-vestitus, mox nudatus; epithecium fuscum; hypothecium e fumoso-obscurato demum fuscum; sporae in ascis 8-nae, ellipsoideae, 2-loculares, 14—19 μ longae et 7—9 μ latae. — E grege est *B. maritimae* Bagl. et proxime ad *B. subalbulam* (Nyl.) Müll. Arg. accedit, at apotheciis majoribus, semper planis et marginatis et dein sporis majoribus differt. Apothecia non impresso-sessilia. — Ad Rio Negro et R. Colorado.

45. **Buellia fuscella** Müll. Arg. L. B. n. 1438; ad Concepcion.

46. **Buellia spuria** Körb. Par. p. 183; ad Concepcion.

47. **Graphina sophistica** (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 148; ad Assuncion.

48. **Endopyrenium hepaticum** Körb. Par. p. 302; secus Rio Colorado.

49. **Porina podocycla** Müll. Arg. Lich. Parag. n. 222; ad Assuncion.

50. **Pyrenula pinguis** Fée Ess. p. 75 (*Verrucaria punctella* Nyl.); ad Assuncion.

51. **Verrucaria brasiliensis** v. **sublaevata** Müll. Arg. L. B. n. 1466; in Cerro Lambaré.

52. **Limboria sphinctrina** Duf. ap. El. Fries Lich. Eur. p. 456; calcicola ad Rio Negro.

Litteratur.

Mez, Carl, Lauraceae Americanae. (Sonderabdruck aus: Jahrbuch des Königl. Bot. Gartens u. Museums zu Berlin, Band V. 556 p.). Mit 3 Tafeln. Berlin, 1889. Gebr. Borntträger (Ed. Eggers).

Die vorliegende Monographie zerfällt in 2 Theile, einen rein systematischen, in welchem Verf. eine Eintheilung und genaue Beschreibung der bisher gesammelten amerikanischen Arten liefert, und einen allgemeinen Theil, der besonders die Morphologie der Familie zum Gegenstand hat. Da diese Familie seit dem Jahre 1866 nur, soweit sie der östlichen Halbkugel angehört, eine genauere Bearbeitung erfahren hat, und schon Meissner selbst, der Monograph der brasilianischen Lauraceen, auf die Schwierigkeit der Abgrenzung der Gattungen hingewiesen hat, so war eine genaue Sichtung des inzwischen durch die neuen aus Amerika stammenden Sammlungen bedeutend gewachsenen Materials ein dringendes Bedürfniss geworden, was anderseits auch aus der grossen Zahl der neuen Arten hervorgeht. Niemand wird daher den Werth dieser Arbeit unterschätzen.

Dem Bedürfniss entsprechend lag der Hauptzweck des Verf. in der systematischen Gliederung des umfangreichen Materials. Daher ist dieser, der erste Theil, bedeutend länger (496 Seiten), geworden, als der morphologische, der nur 37 Seiten ausmacht.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05167-0518-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1889

Band/Volume: 72

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 505-512